ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Illustris Domine

Dum de Filio tuo differo otiose, praeclarus tabula, styli verbose deceptus instituto, deceptus mihi, alia vel maxime dicenda praetermissus sum. Ne autem eis oblivione nefanda delinquam, ante omnia, et hic nunc onandus, ut laude sua impleatur Philippus Heros, jam novum patris decus, vero titulo erit. Ille autem, ille autem, (per vestram fidem) litteras jam profitetur, et cottidie bis legit. ut intelligas nimirum tu, et illi discant Leidenses aliquot Doctores umbratici, quibus propria hactenus haec laus, inventum Hagae puerum septennem, et inventum tuum, qui ea nemini viro voluerit concedere. Nemo tamen quaerat quid legat litteratum noster, ne tu (liceat hoc impetrasse) quidem. Posset alias alios, si molesti esse pergerent, et vel aliqua tenuium forent, jubere de se facere unam longam: ac sublime ascendere, ne [illegible] primi. Posset μονοχάρτοις, aut quibus tantum ab re sua otii ut aliena curent curiose, α ante β. aut potius A ante B. demonstrandi jocularem, posset [illegible] tois discendi [illegible], illam sane horrendam simul, simul toto quinquennio tacendi, provinciam imponere. Posset opponere tibi denique et [illegible] Diabolum principem terrae ac patrem quaestionum, et illas saltem sua virtute (si nihil ex se potest) fecisse, produxisse. non enim extare in omni antiquitate vetustius illo tentatoris (Genes. III. v. 1.) exemplo. Se illas quiddidates opere non sectari magno, magno odisse; praestare agere opus putare, si quod agit. Cum omne ens vel metaphysicae in bonis, in praeclaris esse; esse suum tale, quod non Ilias circumscribat nec Odyssea complectatur. Didicisse vero si urgeas, se in secreta confessione quid profiteatur, si ultra quaeras quaerendum alium qui respondeat. Sed profecto hercle vero serio rem dico, litteras colligere jam gnave ipsi Siculae; interdum voces, quid voces? Immo integras periodos [illegible], scriptas denique [illegible] vix labor est.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 36
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2805b

Non mediocris quidem sane hominis haec officia. Nimirum tanti, ut mercabere ea jam aetate, qua vix loquuntur alij, vivere litterator; Quidem ego dum civium hodie, si licet, dico, credo, renuncio; neq tu vitio creatum videri desideres, hereo, ad populum. Caeterum de Ludovico meo inquies, cur verbum nullum? Enimvero nihil muto non unum quod nuper περὶ ταύτης κεφαλῆς feci. Studia ejus si quaeris, ea quidem simpliciter non possum expedire dictis. Individuum vagum sunt, stare nesciunt loco, et incertam habent essentiam, ut inceptum in ea tenta philosophari. nunc thema, sed fere non totum, nunc Boudij epistolas, nunc ἀποφθέγματα Lycosthenis, nunc Pontani προγυμνάσματα, aut quicquid sibi fingit denique ut libeat, pervolitat in horam, nam in singulas mutatur non semel. quasi tu dicas gallum aliunde per pruinas subsultim currentem. Hic etiam si non Rhodus, at saltus. mihi quidem contra garrire licet, dum [illegible] illi stat licentia pro ratione sive voluntas sive (venia sit verbo) noluntas. At volones isti ad Cannas restituendae relegandi erant. nihil herclè admodum desperarem, qui potem elegantissimo puero volupe facere, si unum, et hoc ageret, sed cum nihil studeat egregie praeter caetera, nec omnia quidem haec mediocriter (credo arbitratus id apprime in vita esse utile ut ne quid nimis) dum ubiq est, nusquam est. lectio vaga delectat, certa prodest. pluribus intentus minor est ad singula; nec videndum est quam multa, sed quam multum. ego ita censeo, et sic animum indico meum. Restat videamus utrum secundum sis daturus hanc litem, quod expectabat

Perillustris Domine

Amplitud. tuae
Servus humillimus

Hagae-Com. prid. Non. Aug.
∞DCXL.

Henricus Bruno.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 36
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2805b

Mijn Heer

Mijn heer van Zuylichem etc.

Int leger

tot

Asselingh

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 36
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2805b